

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sollicitudo siue occupatio q
cum fonte primo

Non inuenio cum quo te malim esse
quam tecum.

Vide itaque quid de te sperem, immo
quid spondeam mihi (spes enim incerti
boni nomen est):

non inuenio cum quo te malim esse
quam tecum.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 10, 2 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.23, ll.10-12).

Si potes, obduc te occupationibus istis;

si potes, subduc te istis occupationibus;
si minus, eripe. Satis multum temporis
sparsimus: incipiamus vasa in senectute
colligere. Numquid invidiosum est?
in freto viximus, moriamur in portu.
Neque ego sauserim tibi nomen ex otio
petere, quod

nec iactare debes nec abscondere.

nec iactare debes nec abscondere;
numquam enim usque eo te abigam
generis humani furore damnato ut
latebram tibi aliquam parari et
oblivionem velim:

Id age ut otium tuum non emineat sed
appareat;

id age ut otium tuum non emineat sed
appareat.

Deinde videbunt de isto, quibus integra
sunt et prima consilia, an velint vitam
per obscurum transmittere: tibi liberum
non est. In medium te protulit ingenii
vigor, scriptorum elegantia, clarae et
nobiles amicitiae. Iam notitia te invasit.

sed latebras times satis te ←

Ut in extrema mergaris ac penitus
recondaris, tamen

priora monstrabunt. Tenebras habere non
potes; sequetur quocumque fugeris
multum pristinae lucis; quietem potes
uindicare sine ullius odio.

priora monstrabunt. Tenebras habere non
potes; sequetur quocumque fugeris
multum pristinae lucis: quietem potes
uindicare sine ullius odio,
sine desiderio aut morsu animi tui.

Seneca epistola XIX.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 19, 1-4 (L. Reynolds
ed., vol.1, pp.50-1, ll.14-26, 1-4).